

2265

A S C E T I C I.

2266

diuelli in professione fidei. Edidit item dicatam huic Principi Expositionem vernaculam Sententiae Pf. 116. *Pretiosa in conspectu Domini Mors Sanctorum ejus.* Oeniponte apud Rupertum Höller f. a. 8. Unde in Tyrolim delatus videtur. Neque plura de Viro comperi. De *Matbia Cittardo* aut *Zittardo Aquisgran.* O. P. adi *Scriptt. Ord. T. II. p. 215.*

DXCVI.

111 Codex chartaceus germ. lat. Sec. XVI. f. complectitur *Varia Opuscula Theologici Argumenti* temere compacta hoc ordine: I. Adhortatio germanica ad patrandam bona Opera, quae inscribitur: *Ein Ermanung an all Cristen Menschen die rechten guetten werkb zw volpringen, vnd welche die selben seyn vnd an (ohne) welche kbain mensch kbain noch mag eingen In das reich der himel. Für das erst sol ein yedlicher mensch pedenckhen vnd betrachten den grossen Zorn gottes &c.* Bona Opera urget ex signis irae divinae, Phaenomenis scilicet coelestibus anni 1520. (Ligno incisa *Viennae* ad h. a. indicavi in *Wiens Buchdruckergesch. p. 335.*) et adparitione trium Cometarum intra biennii spatium. Posterior haec ad annos 1531 — 32. pertinet ex *Stan. Lubieniecii Historia omn. Comet. P. II. p. 333.* unde et tempus conscriptae Admonitionis nostrae innotescit; ait enim *παγαυερης* noster, dum haec scriberet, annos

12. ab illis anni 1520. ostentis effluxisse. Opera vero bona, quae commendat, ex duobus Caritatis praeceptis derivat. *fol. 7.*

II. *Varia Collectanea de Caritate Proximi et Aegrotorum Cura*, germanice, absque Autoris nomine. *fol. 9.*

III. *Tractatus brevis lat. germ. de Justificatione Spiritus et Legis.* Parti priori subscriptum legitur: *Huc vsque Fridericus Nausea, olim Vienensis Episcopus vidit, et manu propria subscripsit.* Posteriori vero: *Johann Muscatteller.* Clericus fortassis aliquis, qui sub Episcopi oculis vires suas Theologicas periclitatus fuerit. *fol. 8.*

IV. Anonymi *Differtatio de Ecclesiae Autoritate* ex S. Litteris, sententiis PP. et Historia Eccl. congesta per breves aphorismos. Jam indicata *Cod. CCCCLIX. n. 25. fol. 475. fol. 7.*

V. *Collectio Actorum germanicorum inter Episcopum Capitulumque et Magistratus Augustanos de Religione*, annis 1533 — 39. descripta, ut in margine dicitur, ex *Codice* cujusdam *Coenobitae ad S. Udalricum*, hoc titulo: *Wie das Euangelium zu augspurg auff vnd angenommen.* 1^{mo}. itaque habetur: *Beger eines erbern Rats zu Augspurg an meynen gn. herrn von Augspurg vnnnd an sein Capitell Anno &c.* 33. Petit Senatus obtentu pacis, ut Episcopus (*Christophorus a Stadion*) cohibeat Praedicatorum suos a spargendis pontificiis, ut vocat,

vocat, erroribus, quos in XII. articulos redactos exhibet, ventilandos, si libuerit, in publico cum acatholicis praeconibus congressu. 2^{do}. Respondet Episcopus: ad praedictos articulos dudum obviam itum fuisse, congressum ejusmodi, experientia teste, inutilem fore, cautum esse ultimis Comitibus, ne quid in Religione mutetur &c. Nihil de his Scriptis Achil. Gassarus in *Annal. Augstburg. T. I. Scriptt. Rer. Germ. Menck. p. 1795. ad h. a.* neque Paulus a Stetten in *Hist. vern. Augustana. 3^{io}*. Infitit Senatus dato 6. Martii 1534. ad Capitulum Cathedr. libello per Cofs. Utr. Reblinger et Magn. Seitz, quo rursus concordia, expensio articulorum supra dictorum, et amicum colloquium urgetur. 4^o. Respondet rursus Episcopus et Capitulum scripto per duos Notarios Senatui 24. Martii oblato, culpam discordiarum in praecones acatholicos rejiciendo, Colloquii inutilitatem ostendendo, non tamen illud detrectando, si sub auspiciis Ordinarii Augustani institueretur, aut arbitrium aliis Principibus, Virisque doctis Academiarum deferretur. 5^o. Senatus per eosdem Consules 24. Aprilis oblatas Colloquii condiciones acceptat, dummodo illius Ecclesiasticae coram Episcopo non tanquam *Ordinario Dillingano Sedi Romanae*, Cleroque addicto, sed tanquam *Principe aliquo Christiano* comparere teneantur, petitque, ut numerus colloquio interfuturo-

rum definiatur. Ad hoc 6^{to}. reponit Capitulum: Episcopi praefidium detrectari non posse, illius standum fore iudicio, aut saltem aequis partibus discedendum usque ad futurum Concilium. Et haec et reliqua, quae usque ad 2. Aug. prohibendis Catholicorum Concionibus et Sacrificiis, claudendisque Ecclesiis consecuta sunt, compendio tradunt Gassarus et P. a Stetten *su-prac. ad a. 1534*. Codex noster finit in *Decreto Senatus* de proscribendo Clero Romano die *Petri ad Vincula* publice proposito. Ad cujus calcem legitur: *Adum auff 29 tag Juli Anno 1539. Dieses buch ist durch mich Frantz Clementen Sender vonn Laugin-gen versamlett durch missuen gemacht vnnnd geschriebenn Im Abgeschriebenen Jar Conuentual zu Sanct Ulrich. Coenobitae huic O. S. B. Paulus a Stetten in Catal. praevio Scriptt. Rer. Augustan. Chronicon tribuit ab U. C. ad an. 1536. ex quo Acta haec nostra descripta putem. Corbinian. Khammius in Hierarch. Aug. illum etiam autorem facit Historicae Relationis de ortu et progressu haeresum in Germania praesertim vero Augustae Vind. quae lucem vidit Ingolst. 1654. 4. foll. 29.*

VI. Ordo divinarum Officiorum, seu *Agenda*, ut vocant, *Ecclesiastica* Protestantium. Initium absque titulo: *Sequuntur pio studio collecta cantica et descripti ritus ceremoniarum, quae obseruari deinceps debeant in ecclesiis nostris &c.* Indicantur *Missae* cum *Matu-*

2269

A S C E T I C I.

2270

Matutino et duplicibus Vesperis per anni circulum celebrandae, retentis plurimis ex Missali et Breviario Romano, eliminato tamen Canone, et interspersis Canticis vernaculis. Ad calcem nominantur, qui hunc Ordinem congeffere: Georgius Princeps Anhaltinus Præpositus Magd. et Misnensis. Johan. Bugenbagen Pomer. D. Joan. Pfessinger D. Joan. Forsterus D. Georgius Maior D. Pbilippus Melanthon. Ex voce Sequuntur colligo, hic adlata Partem duntaxat esse prolixiorum Agendorum, id, quod Cod. DXIV. conficitur. foll. 51.

VII. Codicilli duo anni 1556. ad Johannem de Lasco tunc Coetum Peregrinorum, quos partim secum ex Anglia adduxerat, Francofurti ad Maenum procurantem pertinentes. Primo opem et refugium pro se suisque apud Christophorum Ducem Würtembergicum quaerit, Adversariorum calumniis respondet, de statu Fratrum in Polonia edocet, Colloquiumque amicum cum Theologis Augustanis offert. Secundus est Relatio Duci facta de Colloquio 22. Maji inter Job. a Lasco et Job. Brentium praesentibus Balth. de Gultlingen et J. Theoderico de Plieming de Coena Domini habito, qua enarrantur argumenta Lasco proposita et ejus responsa. Ad quae nomine Ducis ita edictum: *Ipsum a Lasco in Articulo*

de Caena Domini a Doctrina Augustanae Confessionis omnino dissentire, atque in hac sua diuersa opinione perseverare. Nullam posse C. S. Illustriss. proponere rationem, qua in tam diuersorum dogmatum uarietate possit inueniri concordia. Nihil uero magis optare C. S. quam quod D. a Lasco cum suis peregrinis ad communionem tam dogmatum, quam rituum in Ecclesiis Augustanae Confessionis haecenus obseruatorum accederet, Hanc unicam, et quasi compendiarium viam esse, et ad Ecclesiarum conciliationem, et ad comparandum sibi suisque peregrinis hospitia. Actum Stutgardiae 25. Maij Aº. 56. Ad editam de hoc Colloquio Relationem respondit Lasco a. 1557. Purgatione Ministrorum in Ecclesiis peregrinis Francofurti &c. foll. 7.

VIII. Philippi Melanchthonis Iudicium de Concilio generali cum Crisi in priora aliquot Decreta Tridentini germanice. Incipit: *Ich wil kürztlichen meyne einfeltige vnd warbastige meinung von Concilio anzeigen. Alle Christliche potentaten k. M. köninge vnd fürsten, sindt gott diesen dienst vnd werck schuldich &c.* Videtur excerptum ex majori Opere. foll. 2.

IX. *Imago somnii D. Philippi. Melanchthonis certo. Elegia distichorum 18. cujus initium:*

*Aiacem vidi stantem, iuuenilia membra
Qui fului indutus pelle Leonis erat.*

2271

C O D I C E S

2272

Aiacis supra caput mons, supra montem *Christus*, quem Poeta precatur, ut bellum civile comprimatur, et *parvam Sareptam* (Wittebergam intelligo) protegat. Non igitur ante an. 1546. scriptum Carmen. fol. 1.

X. *Ivonis Ep. Carnotensis* celeberrimi Scriptoris Sec. XII. Epistolae binae. *Prima ad Urbanum II. Pont. Rom.* quae incipit: *Urbano summo Pontifici. Ivo spiritualis filius eius non servilis timoris. sed caste dilectionis obsequium. Audiui nescio quorum falsidicorum relatione &c.* Est in edit. *Paris. Opp. Ivonis P. II. 1647.* epistola LXXXVIII. sed *Paschali Papae* inscripta. *Secunda*, quae in praedicta edit. ordine CLVI. est, sic inchoat: *Ivo Dei gratia carnotensis ecclesiae minister dilecto sibi in Christo fratri. O. (Olrico) Salutem. in literis tuis continetur &c. foll. 3.*

XI. *Confessio fidei Illustrissimi principis Christophori, Ducis Wirtempergensis exhibita concilio Tridentino XXIII. Januarij Anno M. D. LII.* Initium: *Cum agnoscamus nos diuina clementia ad gubernaculum nostrae Religionis et Reipub. uocatos &c.* Subscripti sunt Oratores, *Excel: D. Joannes Henricus Heckeke de Stainach J. V. Doctor. Herr Hanns Dietrich von Plening.* Meminerunt Exhibitionis anno et die praedicto *Pallavicinus et Sarpus* in *Hist. Conc. Trid.* In concinnanda vero *Confessione* operam principem locavit *Job. Brentius*, qui et *Apologiam* ei deinceps ador-

navit, et seorsim et cum ipsa *Confessione* non semel editam. fol. 35.

XII. *Statuum Imperii Catholicorum Responso* ad querelas *Protestantium*, et *Gravamina* his opposita germanice. Incipit: *Allerdurchbleichtigster &c. Aus Euer Kay. Mait. Allergenedigisten beuelch, Ist den bey diser Löblichen Reichsversammlung Anwesenden Catholicischen Stenden, vnd der Abwesenden Rethen vnd gesandten zugestellt worden &c.* Scriptum istud oblatum est *Rudolpho II.* tempore Comitiorum *Ratisbonensium 1594.* ait enim, *Querelas ejusmodi jam annis 1566. 76. et 82. agitatae, et cum Imperatorem ipsum, tum ejus olim Patrem de iis sententiam tulisse. Deest in Lunigii Collectionibus. Enarratur tamen in B. G. Struvii Hist. vernacula Gravam. Relig. P. I. c. 3. §. 38. foll. 20.*

XIII. *Petitio Auxilii contra Turcas* nomine *Rudolphi II. Imp.* ad *Electores et Circulos Imperii* directa, non multo post praedicta *Comitia*, ut videtur. Incipit: *Aus der Röm. Kay. Mayt. dan zu diser Sachen verordneten Commissarien überreichten Instruction an des Reichs Geistliche vnd Weltliche Churfürsten ergangen, die wider gemainer Christenbeit Erbfeindt notwendige defensue hülfß betrefend &c.* Neque hujus meminit *Lunigius.* foll. 18.

XIV. *Acta Circuli Bavarici* directoribus *Wolfg. Diet.* Archiepiscopo *Salisb.* et *Maximiliano Bav. Duce Müldorfii* 11. *Maji* congre-

2273

A S C E T I C I.

2274

congregati in caussa *n. praeced.* indicata. Incipiunt: *Zuwissen. Nachdem es zweiffels obne, den stennden dises Löblichen Bayrischen Chreifs unuerborgen, in was weiterung, vnd geferligkheit das Reich Teutscher Nation, in Neuligkheit durch den verlust der Ffestung Erla &c. Urbs haec Agria a Turcis expugnata est 1596. Hinc annum hujus Conventus elicias. foll. 8.*

XV. *Friderici Wilb. Ducis Sax. Altenburgici pro minorenni Christiano II. Saxoniam administrantis Responsum Commissariis Caes. J. Cpb. de Herrnstein et Cpb. de Schleinitz ad petitionem supra n. XIII. indicatam redditum, quod incipit: Auf der Römischen Key. Mt. &c. allergnedigst begeren, so Ihre Mt. des fürstebenden ungerischen Kriegswessens, der unlängst gescheenen Niderlage, vnd daneben fernerer hülfrettung &c. Promittit Conventum Circuli super. Saxoniae ad diem 30. Januar. in Guetterboek 1597. urget tamen etiam Convocationem Comitiorum Imp. Datum Torgaw 27. Dec. 1596. foll. 9.*

XVI. *Indices complurium Opusculorum lat. et germ. in religionis negotio intra an. 1520 — 1560. publicatorum ab utraque Parte, maxime de Colloquiis habitis, de Actis Comitiorum, de Conciliis, et potissimum Tridentino. Collectio Literatoribus et Historiae Reformationis studiosis adprime opportuna. foll. 14.*

XVII. *Defensio vulgatae Editionis Bibliorum lat. maxime contra Erasmus occasione coronidis in Graecis ad Orationem Dom. Matth. c. 6. ὅτι σου ἐστὶ ἡ βασιλεία &c. f. 1.*

XVIII. *Compendium Summarium Septem viarum preparatoriarum ad veram ac stabilem concordiam in fide et religione per colloquium assequendam. Ad calcem dicuntur haec prolixius recitari in libro impresso et compacto, qui est Job. Cocblaei, ut Cod. CCCCLXX.*

XIX. *Objecta et Monita Theologorum Wittebergensum, ad Interim, item singillatim Crucigeri, Maioris, Pfeffingeri et Philippi. Initium: Von der mess. Das buch bekkent die mess, bekenntt, das die mess nitt vergebung &c. foll. 5.*

XX. *Consilium de componendo negotio Religionis Joannis cujusdam Richter Doctoris, quem non norunt Biographi nostri, germanicum. Incipit: Die strittig Religion mag leucht one emporung auch mit gueten gewissen meines erachtens verglichen &c. Urget puritatem Doctrinae, pios doctosque Ministros, libertatem Matrimonii, ita tamen, ut uxores non alantur ex proventibus ecclesiasticis, conversionem Coenobiorum in Scholas, abstinentiam Episcoporum a profanis negotiis, suppressionem Ordinum mendicantium &c. Per decursum ad Libellum suum de officio Spiritualis Principis et de rebus ecclesiasticis*

2275

C O D I C E S

2276

clesiasticis rite distribuendis et ad suum Peregrinandi Consilium appellat. Occurrit etiam in Lipenii Bibl. Theol. Job. Richteri Strena Euchologica. Gerae f. a. 8. Atque horum Opusculorum causa fortassis in Indicem Tridentini relatus est Johannes Judex. Foll. 8.

DXCVII.

²³⁵ Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 12. f. est Consilium Ferdinando I. Regi datum de reformando et augendo Hospitali Urbis Viennensis hoc Titulo: *Christliche erinnerung vund gutbeduncken etwann eines frommen Theologi, an weiland künig ferdinanden &c. vnd die Stadt Wien gestellet, wie zu volbringen die Wercke der liebe vnd Barmhertzigkeit gegen den Armen, das hospital albie zu wien, so etwann vonwegen des Türcken vnd eigennutz damals in abnehmen kommen, solle vnd könne in verbesserung gerichtet werden.* Apparet Consilium hoc post Turcicam anno 1529. obsidionem datum, Titulum vero, quem hic praefert, ab obitu Ferdinandi illi adscriptum fuisse a quodam, cui nomen Autoris ignotum fuit. Est vero is Wolfgangus quidam Haschecker, ut Cod. CCCCLIX. vidimus, quem si virum pium dixeris, non repugnabo, Theologum tamen, cujus nominis aevo illo liberalior usus fuit, non illico habeo, qui sermoni suo textus aliquos biblicos admiscere

norit. Incipit autem ille: *Vnser Herr Jesus Kristus vnser Hailmacher Spricht Jobannis 15. Ich bin ein warer weinstockb &c.* Porro, an hoc admonitore in iis, quae circa Hospitala constituit, Ferdinandus usus fuerit, ignoro. Quaedam eorum delibavi in *Hist. Typogr. Vindob.* vernacula pagg. 516. et 586.

DXCVIII.

Codex chartaceus germ. Sec. ⁸¹⁵ XVI. Folior. 160. 8. inscribitur: *Institutio Spiritualis Das ist geistliche leer vnd unterweysung, allen denen so begern volckbomen zu werden fast guett, nützlich vnd dienstlich. Beschrieben erstlich in Latein durch Hern Ludwig von Bloß Abbatem Laetiensem &c.* Interpres germanicus subjungitur Philippus Dobereiner von Türschenreuth, quod est super. Palatinatus Oppidum, et annus 1564. Celebre nomen inter Ascetas est Autoris O. S. B. Laetiensis apud Hannones Abbatis a. 1566. piissime defuncti, de quo plura Foppenii Bibl. Belg. Praefens ejus *Institutio* impressa est cum alias, tum inter Opera omnia Lovanii 1568. p. 402. Hispanice versa a Gregorio de Alfaro pariter O. S. B. pluries cum reliquis Operibus prodiit; gallice vero reddita a Job. Brignon S. J. Parisiis 1706. et saepius. An et germanica Traductio praeter nostram typis publicata extet, nondum comperi. Nostram Dillingae publici juris factam conjicio e Gesneri